Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



THEVS

ut eum morti traderent ⁊ non in
uenerunt cum multa falsi testes
accessent. Nouissime autem uenerunt
duo falsi testes ⁊ dixerunt. Hic
dixit. Possum destruere templum
dei et post triduum reedificare
illud. Et surgens princeps sac
dotum ait illi. Nichil respondes ad
ea quae isti aduersum te testifican
tur. Iheſus autem tacebat. Et pri
ces sacerdotum ait illi. Adiuro te
per deum uiuum ut dicas nobis
si tu es xpus filius dei. Dicit illi
iheſus. Tu dixisti. Verumtamen
dico uobis. A modo uidebitis filium
hominis sedentem a dexteris
uirtutis dei et uenientem in nu
bibus celi. Tunc princeps sac
dotum scidit uestimenta sua di
cens. Blasphemauit. Quid ad
huc egemus testibus. Audistis
blasphemiam. Quid uobis uide
tur. At illi respondentes dixerunt.
Reus est mortis. Tunc expuerunt
in faciem eius et colaphis eum ce
ciderunt. Alii autem palmas in
faciem eius dederunt dicentes.
Prophetiza nobis christe quis est
qui te percussit. Petrus uero se
debat foris in atrio et accessit ad
eum una ancilla dicens. Et tu
cum iheſu nazareno eras. At
ille negauit coram omnibus di
cens. Nescio quid dicis. Exeunte
autem illo ianuam uidit eum alia
ancilla et ait his qui erant ibi.
Et hic erat cum iheſu nazareno.
Et iterum negauit cum iura
mento quia non nouit hominem.
Et post pusillum accesserunt
ad eum qui stabant et dicebant
petro. Vere et tu ex illis es nam ⁊
loquela tua manifestum te facit.
Tunc cepit detestari ⁊ iurare qa
non nouisset hominem. Et con
tinuo gallus cantauit. Et recor
datus est petrus uerbi iheſu qd
dixerat prius qm̃ gallus cantet
ter me negabis. Et egressus fo
ras fleuit amare. XXVII

Mane autem facto consilium
inierunt omnes principes
sacerdotum et seniores
populi aduersus iheſum ut eum
morti traderent ⁊ uinctum adduce
runt eum et tradiderunt pontio
pylato presidi. Tunc uidens iu
das qui eum tradidit quod damp
natus esset penitentia ductus
retulit triginta argenteos prin
cipibus sacerdotum ⁊ senioribus
populi dicens. Peccaui tradens
sanguinem iustum. At illi dixerunt
Quid ad nos. Tu uideris. Et p
iectis argenteis in templo recess
it et abiens laqueo se suspend
Principes autem sacerdotum ac
ceptis argenteis dixerunt. Non
licet eos mittere in corbanan
quia pretium sanguinis e. Con
silio autem inito emerunt ex illis
agrum figuli in sepulturam pe
regrinorum. Propter hoc uocat
est ager ille hmsua eorum achel
demat. hoc est ager sanguinis
usq; in hodiernum diem. Tunc